



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 18. S. Athanasii Tractatus de Synodis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

Sæculum IV.
A. C. 359. nam restituerunt, & loco Eudoxii Anianum ejusdem Ecclesiæ Presbyterum pro Sede Antiochena ordinarunt, qui statim cura Neonæ Episcopi Seleuciensis consecratus est.

His factis, Ecclesias, quorum Episcopos deposuerant, quid actum sit, per Epistolas certiores reddidere. Anianus pro Sede Antiochena ordinatus ad eam nunquam pervenit, nam Acaciani comprehensum Leonæ, & Lauricio tradiderunt, qui militibus ad custodiam datum, deinde ad exilium damnarunt. Id factum fuisse Episcopi, qui elegerant, data ad Leonam, & Lauricium protestatione contra Acacianos conquesti, cum nihil proficerent, domum remearunt. Sed nec alia Decreta ad effectum deducta. Episcopi depositi non paruerunt, non nulli in Ecclesias suas reversi sunt, quos inter Patrophilus Scythopolitanus, & Georgius Alexandrinus; alii Constantinopolim ad Imperatorem se contulerunt, Adversarios accusaturi; illuc Acacius secum Eudoxium, cujus indolem naturatimidam excitabat, abduxit.

§. XVIII.

S. Athanasi Tractatus de Synodis.

v. Hermant. vit. S. Atha. VIII. 27. **Q**uamprimum S. Athanasius in sua solitudine, quæ Seleuciæ usque ad finem

nem Concilii, & Arimini usque ad pri-
mam ad Cæsarem Delegationem, acta
essent, rescivit, ea amicis suis communi-
cavit; erant autem verosimiliter Soli-
tarii, cum eos credat, de his Conciliis
quidem potuisse quidquam audire, at illa,
quæ etiam publice ad ea convocanda ge-
sta essent, nescire. Docet ergo, hæc duo
Concilia Arianorum instinctu fuisse con-
vocata, specie quidem Jesu Christi fi-
dem stabiliendi, re vero ipsa, ut fidem
Nicænam destruerent, qua stante nihil
ultra requirendum supererat. Osten-
dit, quantum a sana ratione abhorreat
eorum formula, cui mensis, dies, & Con-
sulatus appositus, *Nempe, inquit: indi-
care voluerunt, fidem eorum Constantii
Regno antiquiorem non esse.* Et deinde:
*Si juxta eos fides sub hoc Consulatu ini-
tium habuit, antiquis, & beatis Marty-
ribus quid fiet?* Inde cognoscimus, hunc
Tractatum eodem anno 359. scriptum
esse. Tunc ea narrat, quæ Arimini ge-
sta sint, usque ad sententiam Depositi-
onis contra Ursacium, Valentem, alios-
que Arianos. Tunc ad Concilium Se-
leuciæ transit, cujus acta summatim re-
censet.

Post hæc S. Athanasius, ut, quam mu-
tabiles semper Ariani fuerint in fide, de-
monstret, diversa diversis temporibus ab
ipsis affirmata refert, primoque Arii blas-

Sæculum IV.
A. C. 359.*ecclaircisse-
ment. Athan.
de Syn. p. 869*

p. 871.

p. 872.

p. 875.

p. 883.

887.

p. 890.

Sæculum IV. phemias, ex ejus Thalia excerptas, ponit.
A. C. 359. Discipulorum ejus scripta subjungit, atque inter cœteros Sophistæ Asterii. Hæc sequuntur Concilia, ab ipsis acta, ad novas condendas fidei formulas, & Symbolum Nicænum supprimendum; exordium ducit a Concilio Jerosolymitano

Sup. L. XI. sub Constantino Magno anno 335. celebrato, nam in Tyriensi nihil de fide actum, sed illud istius continuatio dici potest. Inde transit ad Concilium Antiochenum

p. 892. Dedicationis anno 341. cujus

p. 895. tres formulas recenset, tumque illam, quam in Galliam per Narcissum, aliosque transmiserunt; deinde formulam longam, quam in Italiam miserunt, anno

p. 896. 345. per Eudoxium, aliosque. Rursus

p. 900. Sirmiensem contra Photinum compositam anno 351. atque iterum secundam

p. 902. Sirmiensem a Potamio conditam anno

p. 904. 357. Notat deinde tertiam Sirmiensem, de qua jam locutus fuerat, & cui apposta est dies vigesima secunda Maji hujus

p. 904. anni 359. Tandem formulam Concilii Seleuciensis subjungit, ab Acacianis vigesima octava Septembris ejusdem anni

compositam.

p. 905. In hoc loco additum est supplementum vel a quodam alio, vel ab ipso S. Athanasio, quo ad eandem materiam pertinens formula fidei adjungitur Nica in

S. Athanasius de Synodis. Thracia composita, & Constantinopoli anno

anno 360. approbata, adnotatur etiam ^{Sæculum IV.} formula Antiochena anni sequentis, & A. C. 359.
 Imperatoris Constantii obitus; Hæc omnia non nisi post annum 361. scribi potuere; hinc certum est hæc posterius fuisse addita. Ulterius in hoc Tractatu S. Athanasius defensionem suscipit vocis Consubstantialis, Arianis intolerabilem, & cui abolendæ tot formulas excogitaverant; primo in puros Arianos armamovet, deinde in illos, qui Symbolum Nicænum probabant, sicut Basilius Ancyranus, sola voce Consubstantialis excepta, hosque fratres vocat, qui eadem sentientes, de una voce litigant. Illud quoque refellit, quod non nulli dicebant, vocem Consubstantialis in Concilio Antiocheno, contra Paulum Samosatenum anno 269. ^{Supl. VIII.} celebrato, fuisse damnatam, & eam in ^{§. 4.} sensu longe diverso tunc fuisse rejectam monstrat, nempe in sensu Pauli; hac occasione opinionem S. Dionysii Alexandrini, qui hac in re calumniis lædebatur, explicat. Tandem causas solidissime deducit, quibus Patres Nicænæ Synodi ad adhibendam vocem Consubstantialis coacti sunt. S. Athanasius in hoc Tractatu sæpius repetit, sibi documenta necessaria, ad ea quæ dicit, probanda ad manus non esse, & quorum descripta exempla videre optaret; hinc eum, cum hæc scriberet, non domi suæ fuisse, sed in fuga conjicias.

p. 908.

915.

917.

p. 922.

E e e 4

Hæc

Sæculum IV.

A. C 359.*de Decret.**Nic. init.*

p. 267.

p. 274.

Hæc duo puncta circa vocem, Consubstantialis, nempe causæ, quam Patres Nicæni habuere, ea utendi, & verus sensus S. Dionysii Alexandrini, qui eam rejecisse videri poterat, S. Athanasius tanti momenti esse credidit, ut duos separatos Tractatus de iis scripserit, cui scriptioni etiam casus particulares ansam dederunt. Tractatus de Decretis Nicænis inscriptus est viro doctissimo, qui in disceptationem cum Arianis, & Eusebianis coram Catholicis descenderat, ejusque rei eventum ad S. Athanasium perscripserat, nempe Arianos, cum arctissime premerentur, hoc solum adhuc quæsisse, quare Patres Nicæni vocibus, substantia, & consubstantialis usi fuissent, quas Scriptura ignoraret. S. Athanasius, ut amico suo satisfaceret, ostendit, Patres ob exquisitam astutiam Arianorum coactos fuisse uti hac voce, qua omnis ambiguitas veluti ferro rescindebatur. Tum vocibus substantia, & consubstantialis a traditione auctoritatem esse commonstrat, textus afferens Auctorum antiquiorum, his vocibus utentium, primo Theognosti, quem virum doctum nominat, nobis alias ignoti, deinde S. Dionysii Episcopi Alexandrini, & S. Dionysii Episcopi Romani, qui fuerant coævi, & denique Origenis, quem, quoties nominat, virum laboriosum dicit. Omnium istorum scriptorum loca citat, & in fine

fine Tractatus addit: quando hunc librum Sæculum IV. A. C. 359.
 acceperis, lege privatim, si tibi probetur, præsentibus etiam fratribus prælege, ut
 discant venerari Concilium, & Arianos
 horrere. In alio quodam colloquio Ariani,
 quid responderent, non habentes, dixerunt,
 S. Dionysium Alexandrinum ipsorum Doctrinam
 tenuisse; hinc S. Athanasius suarum esse
 partium credidit, defensionem ejus in se
 suscipere, atque ostendere Dionysii opinionem
 non fuisse aliam, quam totius Ecclesiæ,
 Arianorum hæresi directe oppositam. Ait
 sibi tarde de hoc colloquio relatum fuisse,
 atque ejusmodi novorum avidus esse videtur.

p. 548.

§. XIX.

Imperator Aetium damnat.

Semi-Ariani, antequam Seleucia discederent,
 electos decem Legatos, qui gesta ad Imperatorem
 referrent, miserunt, sicut in duorum Conciliorum
 indictione imperatum erat. Primi eorum fuere
 Eustathius Sebastenus, Basilus Ancyranus,
 Silvanus Tarsensis, & Eleusius Cyzicenus.
 Cum his S. Hilarius quoque profectus est, atque
 Constantinopolim delatus, ut, quid de se juberet
 Imperator, sciret, & an sibi ad sui exilii locum
 redeundum. At Accacii, & Sectatorum ejus
 celeritatem non æquarunt, qui priores ad
 aulam pervenientes,

*Sulp. Sev. 2.**p. 431. Soz.**IV. c. 23.**Hilar. in**Const. 1.**p. 293.*

E e e 5 nientes,